



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 133. Facultatis Theologicæ judicium in favorem Edmundi Richerii
Syndici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Regina Regique Principes ac Proceres aliquamdiu substiterant, quin vel verbum cum Nuntio Apostolico loquerentur: soluto autem congressu quidam Princeps Harlæum seorsim alloquens interrogabat, an non magis expedire censeret, summo Pontifici obsequii vinculo junctum esse? ad hæc reponente Harlæo, quod nil optatius foret, salva Regis auctoritate, Princeps subjunxit, quod multa ab eo fuissent prolata, quæ nævis suis haud carerent.

Enimvero Regina Harlæi rationibus parum convicta, urgentibus Nuntio Apostolico, & Patre Cotono præceperat, ut Curia Sententia in suspenso relinqueretur. Harlæus autem tædio ac senio confectus Parisiensis Senatus Principatum deposuit, subrogato in ejus locum Verduno Tolosanæ Curia supremo Præsidente.

§. CXXXIII.

Facultatis Theologicæ judicium in favorem Edmundi Richerii Syndici.

Die decima quinta Octobris Edmundus Richerius Sacrae Facultatis Theologicæ Syndicus suum, ac totius Sorbonæ honorem & existimationem vehementer fuisse læsam, præsentem uni-

O o 3 versa

Sæc. XVII.
A. C. 1610.

Sæc. XVII. verſa Facultate querebatur, eo quod qui-
 A. C. 1610. dam Jezuïta coram duobus Magiſtris af-
 ſeverarit, quod ipſe ex cujuſdam Bac-
 calaurei Theſibus hanc: *Summus Pon-
 tifex immediate habet auctoritatem a Chri-
 ſto*, expunxerit: id igitur, ſi verum
 fuiſſet, ipſe hanc theſin abradendo, &
 Facultas connivendo errorem in dog-
 mate approbaſſent. Hujus vero facti
 falſitatem Richerius comprobataſſe red-
 debat ex eo, quod tam publice, quam
 privatim ad illa verba Matthæi 16. *Do-
 bo tibi &c.* inculcarit, quod Salvator
 noſter his verbis jurisdictionem duntaxat
pollicitus ſit, reiſſa autem Joan. 17.
 Matth. 20. & Luc. 10. eam contulerit,
 dum totam Eccleſiam Episcopali & Sa-
 cerdotali Ordine constantem per ſe im-
 mediate ac ſervata proportione miſit,
 quæ miſſio fuit jurisdictionis collatio:
 Hoc ſuum ſyſtema poſtea Richerius (Gal-
 lus in Galliis Gallice ſentiens) ex Act.
 cap. 20. & 2. Petri 1. necnon ex jure
 Canonico, & Theſibus Joannis Sarra-
 zini olim a Facultate damnatis com-
 probatum reddebat, ſubjungens, quod
 duntaxat ex quorundam Theſibus hanc
 expunxerit: *Unus & ſolus Pontifex im-
 mediate auctoritatem habet a Chriſto, Epi-
 ſcopi autem ab illo, imo etiam Apoſtoli
 eam a D. Petro accepiffent, niſi Chriſtus in
 clavium collatione eum præveniſſet.* His
 auditis

auditis ac perpenſis Facultas aliunde Sæc. XVII. A. C. 1610.
 hiſce doctrinis præventa reſpondit, de-
 claravitque, honorem Syndici ad uni-
 verſam Facultatem pertinere, ea vero,
 quæ hic Jeſuita de propoſitione a Syn-
 dico deleta ſparſiſſet, falſa & tam huic,
 quam Facultati, quæ nunquam præ-
 fatam aſſertionem expungi permiſiſſet,
 injurioſa eſſe.

§. CXXXIV.

*Ejuſdem Facultatis Pariſinæ declara-
 tio contra Episcopos.*

In iisdem Sorbonæ comitiis Gerardus Argentre fol. 18.
 Jacob Sacræ Facultatis Pariſinæ Do-
 ctor expoſuit, nonnullos eſſe Episcopos,
 qui Doctores Facultatis Theologicæ Pa-
 riſienſis admittere nolint ad concionan-
 dum, niſi antea ſubirent examen, ea-
 propter rogabat Facultatem, ut ſuis
 alumniſ hac in parte laborantibus ali-
 quid conſilii ac opis ferre non gravaretur:
 maxime vero quando id in grave
 dedecus totius Facultatis Pariſienſis,
 quam nonnulli hodie opprimere nitun-
 tur, vergere videretur. Hac re audita
 Facultas cenſuit literas eſſe concipien-
 das, & omnibus alumniſ ſuis conce-
 dendas hujus tenoris: *Doctores Pariſien-
 ſes in vim ſui gradus propter erudiſſi-
 mas diſputationes, & accuratiſſima examina,*